

ptus non fuerit, deuoluatur ad vsus perpetuos claustru supradictj, Jtem parrochiali ecclesie mee byelbo lego XX.<sup>ti</sup> Marcas Jtem sacerdotj ibidem .X. Marcas ad speciales vsus mense sue Jtem confero Domino olauo dilecto, et fidelj confessorj meo .I. Marcam, Jtem ecclesie lincopensi .III. Marcas, fratribus minoribus ibidem III. Marcas, Fratribus minoribus sutharcopie .III. Marcas, Ecclesie sancti laurencij ibidem .I. Marcam, Hospitalj ibidem .I. Marcam, Hospitalj skaningie .I Marcam Jtem fratribus predicatoribus skaningie III. Marcas, sororibus ibidem .I. Marcam, Jtem singulis ecclesiis in quibus predia mea situata sunt, ac singulis sacerdotibus ibidem celebrantibus confero singulas dimidias Marcas. In huius rei euidens testimonium sigillum meum vna cum sigillo Magnj predilectj filij mej presentibus est appensum, Datum et actum Anno Dominj. M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>C<sup>o</sup>C<sup>o</sup>, VII<sup>o</sup>. in

*På frânsidan:* Super dimidium octonarium terre in kaalstaadhom.

Sigillen något skadade.

1526.

1307 d. 8 Jan.

Sääm.

Hertigarne ERIKS och WALDEMARS Gåfvobref på Häckenäs till Folke Jonsson och hans arfvingar.

J. 6: 266. v.

Omnibus præsentis literas inspecturis, ERICUS et WALDEMARUS Dei gratia duces Svecorum. salutem in Domino; provida principium circumspectio in sui status culmine, tanto magis ab omnibus Excellitur commendanda, quanto amplius et opulentiùs bene sibi seruietes remunerat, et ipsos ad seruiendum animans, manu munifica reddiderit aptiores. Constare volumus igitur omnibus euidenter, quod dilecto et fidei nostro Domino Folconi Ioansson et suis hæredibus Curiam Håkienäs, cum colonijs, agris, pratis, pascuis, siluis, molendinis, piscarijs et ceteris pertinentijs, intra sepes et extra, longe uel prope positis, mobilibus vel immobilibus, cum beneuolentia et voluntate nobilium virorum, Domini Ioon dicti Ängill, et Petri Magnussons, ipsi Domino Folconi in præsentia nostra coram multis fide dignis publice et fauorabiliter adhibita, damus et tradimus iure perpetuo possidentiam, transferentes in ipsum suosque hæredes plenum proprietatis ius et possessionis dominium prædictam curiam, cum suis pertinentijs superius tactis occupandi, vendendi, donandi, commutandi, et quocunque modo voluerint pro suis usibus ordinandi, et ab ipsis nunquam alicuius aduentionis ingenio revocandam. In cuius rei Euidentiam, sigilla nostra, vna cum sigillis Venerabilium Patrum, Minorum, Laurencij Lincopensis, Magni Wexionensis Episcoporum, ac cum sigillis nobilium Minorum, Domini Aberni Sextensson

son Dapiferi nostri, Domini Philippi Vlffson, Domini Ioon dicti Ängill, et Petri Magnussons suprascripti, præsentibus sunt appensa. Datum Sääm Anno Domini M. CCC.VII. Dominica infra octauas Epiphaniæ.

Af teckningen ses, att ett sigill varit borta, 2:ne skadade och ett fullständigt.

1527

1307 d. 20 Jan.

HAROKS af Fiskaby testamentariska anordning af sin qvarlätenskap, och deribland en del af Kohult till Nydala kloster, samt penningar, m. m. till kyrkor och prester.

A. 3. x.

Cum iuxta sacre scripture testimonium. varij et inexcogitabiles sint humane fragilitatis euentus, nec scire quisquam poterit, nisi inspiratus diuinitus, quando, aut quo fine diem claudat extremum, Ego igitur HAROCHUS de fiscaby, quamuis corpore debilis et infirmus animj mej tamen compos, hujus seculj fragilitatem considerans, testamentum meum in hunc modum disposuj ordinandum, In primis monachis noueallis, apud quos eligo locum sepulture, confero predium meum in Coahult, cum omnibus pertinenciis suis, infra sepes et extra, exceptis duabus paruis partibus, quas ibi Erichus, et sweno possident, iure perpetuo possidendum, Jtem confero ecclesie de swythenarom dimidiam marcam, sacerdotj ibidem vnam vaccam, Ecclesie de malbek dimidiam marcam, sacerdotj ibidem similiter, Ecclesie de Topthryd dimidiam marcam, sacerdotj ibidem eciam dimidiam marcam, villico meo in Esgestorp capam meam, in hujus rej testimonium, sigilla discretorum virorum, videlicet hemmingj ysaksson, dominj sigmundi de sanzio, dominj haquinj de Topthryd, Byrgerj dictj stert, sunt appensa presentj testamento, Nos igitur predictj, videlicet hemmingus, Sigmundus, et haquinus, sacerdotes, necnon Byrgerus dictus stert, protestamur, vxorem et heredes ceteros harochj quondam nominatj, in audiencia nostra, et aliorum plurium, fide dignorum, omnia premissa, suo consensu confirmasse, Actum, Anno dominj, M°, CCC°, septimo, quindena post Epiphaniam dominj gloriosam.

*På fränsidan:* Parochia swidnarum. Kohult. Harokus de fiskaby.

Sigillen N:o 1 nästan oskadadt; N:o 2 och 3 bortfallna från de ur brefvet klippta remsorna; N:o 4 synes aldrig hafva funnits.